Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qui in se confidebant tanquam iusti & aspe
nabantur ceteros parabolam istam. Duo
homines ascenderunt in templum ut ora
rent. unus pharisaeus. & alter publicanus.
Pharisaeus stans. hæc apud se orabat. Ds. gra
tias ago tibi. quia non sum sicut ceteri
hominum. raptores. iniusti. adulteri. ue
lut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in
sabbato. decimas do omniũ quæ possideo.
Et publicanus alonge stans. nolebat nec
oculos ad cẽlum leuare. sed percutiebat
pectus suum dicens. Ds. ꝓpitius esto m
peccatori. Dico uobis. descendit hic ius
tificatus in domum suam ab illo. Quia
omnis qui se exaltat humiliabitur. & qui
se humiliat. exaltabitur. Afferebant aũ
ad illũ & infantes. ut eos tangeret. Quod

L. ccxv.
T V
M ccxxx.v.

L ccxvi.
T II.
M cxcii.
R
M cvi.